



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendium Summae seu Manualis Doct. Navarri

**Ávila, Esteban de
Azpilcueta, Martín de**

Lvgdvni, 1609

Reus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41656

aut in sacculo in foramine parietis, tenetur restituere, quia non est thesaurus. Idem de inueniente pecuniam occultatam metu belli: & hæc restitutio facienda est illi, qui abscondit, vel disperfit: aut eius hæredibus, vel certè pauperibus, si ex cõiecturis appareat non multum temporis fluxisse, ex quo posita fuit ibi. num. 175.

Inueniēs thesaurum etiam in loco suo, ac te magica, tenetur reddere fisco, non tamen ante condemnationem. num. 176.

Inueniens trabem, vel aliquid aliud vi fluminis delatum, & accipiens sibi, tenetur restituere, nisi esset tale vt meritò præsumeretur derelictum. Quòd si in suo fundo inueniens, Dominum requirat, vt accipiat, vel petat à iudice, & Dominus nihil curet, præsumi potest id haberi pro derelicto. Inueniens autem feram in laqueo etiam alieno potest sibi retinere, quia fit accipientis nisi ex cõsuetudine adiudicaretur parati laqueum. ibid.

R E V S.

Interrogatus de aliquo delicto, absque iuris ordine, potest illud occultare, quamuis indirectè redundet in damnum accusantis.

cap. 12. num. 9.

Poterit, etiamsi cum iuramento interrogetur, absolutè respondere, se non fecisse, mente concipiendo cautelam, scilicet, ita ut teneatur reuelare. cap. 12. num. 87. lit. A. Nouo. num. 88.

Peccat reus si interrogatus secundum iuris ordinem, non confiterur sua delicta, secreta, graua: dicitur autem interrogatus secundum iuris ordinem, quando tria concurrunt. I. Quòd sit iudex competens. II. Quòd delictum sit probatum plene vel semiplenè. III. Quòd huiusmodi probatio sit illi notificata. cap. 18. num. 57. & cap. 25. num. 35.

Reus non potest detegere socios occultos, nisi in casu criminis falsæ monetæ, maleficij, proditiõnis, læsæ maiestatis, & hæresis. Imò qui contra se confessus est etiam non interrogatus, debet declarare socios occultos quos credit, neque præteritorum poenitere, neque in futurum se emendaturos, imò paratos esse ad noua mala in damnum reipublicæ: & si noluerit eos reuelare, non est absolueudus. cap. 18. num. 38. 39.

Qui ritè interrogatus negauit delictum, & ducitur ad suspendium, non tenetur illud confiteri, nisi aliquod damnum notabile sequeretur. c. 25. num. 38.

Accusa . .

Accusatus de vero crimine secreto, non tenetur ad restituendam famam, quam accusator amisit, eo quòd illud non probavit, si non tenebatur illud confiteri: imò quamvis teneretur: si non respondit accusatorem calumniari, sed decipi: nec quamvis respondeat calumniari, si non credatur sibi, quoniam credunt accusatorem non fecisse contra conscientiam. c. 18. num. 48.

Qui iniuste negavit veritatem, non tenetur in conscientia solvere pœnam illam, ad quam si confiteretur, condemnaretur teneretur tamen etiam post iniquam absolutionem solvere debitum, & interesse, citra condemnationem. cap. 18. num. 49. de iure necesse est quòd nō damnetur inauditus, & indefensus. cap. 25. n. 2.

R E X.

Volens scire futura, vel gesta ab hostibus, per eos qui habent spiritum familiarem, peccat mort. cap. 11. n.

Peccat aliena regna cupiens, vel captivum restituens, nisi aliquid iuste excuset. cap. 25. num. 1.

Peccat mort. gubernans iniuste vel ob malum finem, vel excitans factiones, vel excitatas non sedans; non providens necessa-
ria